

plures possidebant. Etiam inter vicum  
et medium vicum in paludibus castellum  
fieri ordinavit, ut ibidem festinaret  
et deliciis vacaret. Postquam sic vixit  
annis 5, mortuus est sub domino  
Bonifacio papa octavo die 25. Janua-  
rii, et iacet in choro sancti N. Meten-  
sis.

Reginaldus LXVIII<sup>us</sup>

Domino Gerharo defuncto dominus  
Reginaldus frater comitis de Bare<sup>us</sup> episco-  
pus Metensis in episcopum <sup>concorditer</sup> est electus, anno  
domini 1302 et decretum electionis  
domino Dyethero archiepiscopo Treverensi  
est transmissum. Hic habita confirma-  
tione positus est in contradictionem vicinis  
suis, scilicet Metensibus, non tamen sine  
ratione. Accidit quidem, quod ~~quidam~~ unus  
dives clericus Metensis est mortuus intesta-  
tus. Dominus episcopus pecuit bona pro  
ecclesia, Metenses resistunt, ymo vi  
bona occupaverunt, propter quod multi-  
tudine magna armatorum congregata  
venit contra Metenses magna cum po-  
tencia. Quod videntes Metenses & pacem  
in campis inierunt, itaque dominus  
episcopus obtinuit quod voluit et debuit.  
Verum est quod iuraverat, se Metim<sup>us</sup>  
non intraturum nisi cum populo. Ideo  
magnam processionem in die Palmaram  
secundum ordinarium ecclesie Metensis,  
ubi totus clerus et populus conveniunt,  
fieri ordinavit. Sicque civitatem cum  
magna solemnitate intravit. Etiam  
iste dominus Reginaldus pro ~~...~~

post Metensis praebuit Impe c.

Baro cov. Baro man. rec.

edicoem

metim cov. metim man. rec.

supersec. man. rec.

2. nullarist Ins f. sup. Ins  
man. rec. i. f. ins. & f. 2.